
NU-
CLE-
US
IU-
RIS
EPI-
SCO-
PA-
LIS.

NUCLEUS
JURIS EPISCOPALIS,

EX

DECISIONIBUS

THEOLOGIÆ PRACTICÆ

ET

APHORISMIS

CANONICI JURIS

EXTRACTUS

AUTHORE

JOAN. ADAMO WEBER,

Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Collegio Höglwerthenſi Præpoſito, SS. Theologiæ, Sacrorúmque Canonum Doctore, Sacræ Majeſt. Cæſ. Conſiliario.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

SALISBURGI,
Sumpt. & Typis JOANNIS BAPTISTÆ MAYR,
Aulico-Academici Typogr. & Bibliopolæ.
Anno M. DC. LXXXI.

FACULTAS

Reverendiſſimi Metropolitici Conſiſtorij Salisburgenſis.

Imprimatur.

Fr. Fran.co de Montoro

Eminentiſſime & Celſiſsime PRINCEPS, *Domine, Domine* Clementiſsime.

NOn nemo totam Homeri Iliadem intra unius nucis anguſtias concluſit, ego univerſum Juris Epiſcopalis corpus unico nucleo comprehendi; quem non alij, quàm

NUCLEUS JURIS EPISCOPALIS,

EX DOCTRINA Canonum & Canoniſtarum CONCINNATUS.

PRÆFATIO.

IUs Epiſcopale non immeritò favorabile dixeris. Nam Epiſcopis, utpote Magnis Eccleſiæ Principibus, impensè favent Canonici Juris diſpoſitiones, præſertim in materia Juriſdictionis, diſpenſationis, abſolutionis &c. in re beneficiaria, in cenſuris, in diſpoſitionibus ad pias cauſas, in adminiſtratione Sacramentorum, in Viſitatione, aliiſque muneris Pontificij functionibus. Quæ omnia in prima hujus Opuſculi Parte, non minùs nervosè, quàm compendiosè traduntur.

A.

ABBAS.

1.

POteſt Epiſcopus per ſe, vel per Commiſſarios ſuos intereſſe electioni Abbatis, ipſum tamen Abbatem eligere non poteſt. Quia licet olim Abbates fuerint electi per Epiſcopos, *Causâ* 18. *qu.* 2. *cap. Hoc tantùm*; hodie tamen à Congregatione Monachorum eligendi ſunt. *ibidem cap. Abbas, & cap. Abbatem.*

2.

POteſt Epiſcopus permittere, juxta doctrinam Armillæ *Verbo Calix*, ut Abbas Inſulatus conſecret ſive inungat Calicem. Docet enim hic Auctor, omnes Inſulatos Abbates ex præſcripta conſuetudine poſſe omnia vaſa ſacra conſecrare: Ejusdémque opinionis ſunt multi alij.

Sed

NUCLEUS
JURIS EPISCOPALIS,
EX DOCTRINA
Canonum & Canoniſtarum
CONCINNATUS;
PARS II.
Continens Reſtrictionem Juris Epiſcopalis.

PRÆFATIO.

Cùm nulla ſit Regula ſine exceptione ſeu limitatione, Limitatio verò contineat rationem cautelæ, quæ ad avertenda animarum pericula utiliter adhibetur: non immeritò Sacri Canones Jus Epiſcopale quibusdam Limitationibus, ad meliorem Eccleſiæ militantis gubernationem deſervientibus, reſtrinxerunt; quas hac ſecundâ Juris Epiſcopalis Parte complecti libuit.